



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXXV. De Laudabili vita quorundam fratrum in Castro Kunnigsberg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teuton.
Conradus à Tierberg Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.

omnes trucidavit, & cum gaudio intrantes navem pervenerunt ad Civitatem Thorun, ibique nave & mercimoniis venditis, cesserunt in divisione cuilibet (a) XX. marcæ.

ANIMADVERSIO.

(a) Marcæ scil. argenti. Nam Chron. antiqu. German. quo usus est Dominus Zamelius, legit 20. Mark lvtiges. Vid. infra Disertat. de Re Nummaria Prusflorum.

C A P. CCXXV.

De,

*Laudabili vita quorundam fratrum
in Castro Kunnigsberg.*

A tempore fundationis suæ in Castro Kunnigsberg viri virtuosi fratres, & in armis strenui milites, habitabant in virtute abstinentiæ, Orationum, vigiliarum & genuflexionum alios excedebant. Inter quos hoc tempore fuit Fr. Albertus de Misnia Commendator dicti Castræ, vir DEO devotus, & in omni vita sua laudabilis. Mira facta possent de illo scribi. Refertur & indubitanter debet credi, quod ipse frater Albertus, dum esset in Juventute constitutus, datus ei fuit stimulus carnis, Angelus Satanæ, qui ipsum colaphizavit. Propter quod dum non solum ter, sed pluribus vicibus, Dominum rogasset, ut afferetur ab eo, audivit vocem cœlitus missam dicentem sibi: Alberte, si vis evadere graves tentationes, debes devote singulis diebus dicere hanc Orationem: O summa caritas, da mihi rectum & sincerum desiderium pro te, & pro puritate vitæ, & purifica conscientiam meam, & libera me a pollutionibus. Quod dicitur in Teutonico (a) O ðoberste Lybe/ gyb uns rechten Jammer nach dier/ und nach einem reinem Leben/ und reinige unsse conscientie und

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gener. Ord. Teut.
Conradus à Tierberg Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.

und besitze uns vor Bewilung / Amen. Quam Orationem-
dum per tempus aliquod continuasset, legendo cum devotio-
ne, quasi extinctus fuit in eo somes peccati, quod nulla vehe-
mens temptatio momordit de coetero mentem ejus.

ANIMADVERSIO.

(a) Nicolaus Jeroschinus sic reddit precatiunculam hanc:

O aller höchste Minne	Gib mir ein Leben ohne mem
Gib mir rechte Sinne	Und mache mein Gewissen rein
Und elutierß Herzen Gier	Und löse mich mit Heile
Dafß ich sehne mich nach dier	Von des Fleisches Meile.

Continuatio CAP. CCXXV.

Item de eodem.

Idem Frater Albertus incidit quodam tempore in ægritudi-
nem, de qua crines capitis sui & supercilia funditus sunt e-
vulsa. Hoc generavit in eo tantam deformitatem, quod nul-
lus voluit cum eo conversari, undè turbatus cum lacrymis peti-
vit à Domino, ut de vinculo hujus imperii absolveret eum, aut
certe desuper terram eriperet; In ipsa nocte curatus fuit adeo,
& restituti crines sic quod præteritæ deformitatis nullum vesti-
gium appareret.

Continuatio CAP. CCXXV.

Item de eodem.

Accidit etiam postea, quod dum idem frater Albertus cum
aliis fratribus esset in Exercitu contra hostes fidei, eo die,
quo fratres & alii Religiosi communionem sacram corporis Dn.
nostrí Jesu Christi sumere consverunt, elongavit se ab aliis &
turbato corde cum lacrymis suspirans ait: O Domine Jesu Chri-
ste si nunc essem domi præmissis multis orationibus sumerem
Qq 2 cor.

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teut.

Conradus à Tierberg Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.

corpus tuum, quo dicto statim apparuit corpus Domini in forma oblatæ, sicut ministratur in altari pendens in aëre, non longe ab ore suo, quod cum vidisset expavit, & dixit: Domine Iesu Christe, si oblatæ hæc est tuum verum corpus, transeat ad me, & aperiens os suum, intravit, & cum inestimabili gaudio sumpxit illud.

CAP. CCXXVI.

De

Vita alterius fratris ibidem.

Eodem tempore in dicto castro fuit Wolferanus Saxo, qui dum professionem fecisset in ordine Domus Teutonicae, & vellet proficere de virtute in virtutem, Diabolus invidens felicitati suæ nitebatur modis, quibus poterat, impedire. Unde accedit, quod dum idem frater Wolferanus in prima nocte surget ad orandum, Diabolus apparuit ei visibiliter, & hic, & ille, & ille, continuaverunt singulis noctibus per curriculum unius anni, sic quod Diabolus in diversis formis apparuit illi, & variis machinationibus ipsum inquietavit, & ille viriliter restitit immobilis in Dei servitio perseverans. Revoluto itaque anno cum Diabolus in illusione hac non proficeret confusus destitit, & comparere amplius non audébat.

CAP. CCXXVII.

De

Fratre Menekone Magistro terræ Pruschiæ.

Fra-

